



<sup>m.</sup>  
M. JOACHIMUS HEINRICUS  
HAGENIUS, P. L.

Amico suo &c.

S. P. D.

**A**ccepi Tuas, Amice colende! flagran-  
tes partim amore mei; partim desiderio  
notitiæ uberioris, circa Tetractyos re-  
suscitationem, cujus nuperæ meæ men-  
tionem injecerunt. Illum reciprocò a-  
moris in Te mei ardore jugiter refarcturum me pol-  
liceor; istud his ipsis quodammodo explere allabo-  
rabo. Petis autem, ut quò pactò indagata, vitæque  
restituta sit Tetractyca computandi ratio, & quò  
accreverint hucusque illius vires, plenius enarrarem.  
Age! morem Tibi geram, singulaque persequar,  
sed breviter, ne limites Epistolæ ac leges transfiliisse  
censear. Hactenus tritissimis vererum quorundam  
vestigiiis inhærentes, WEIGELIÒ Nobilissimo viam  
præeunte, atque facem allucente, penetrabile, in  
quod Pythagoras Tetractyn suam, ceu sacrum quod-  
dam nullò magis quàm silentii cultu venerabile,  
condiderat, penetravimus; aut certè non adeò pro-  
d cul